

aliqua ex parte superiustendisse ex vomitu rejectis non sine
stupore notarunt æger & chirurgus, mihique paulo post ad-
venienti monstrarunt. Sed citra liquoris nostri additionem
non absimile quid à clysmate injecto factum medici clarissi-
mi memoriæ mandarunt, inter illos autem præprimis Clas-
siss. Th. Kerkringius, cuius egregia in Spicilegio suo anato-
mico Observatio trigesima prima, veritatis adstruit μαργίπειον
Jam si liquida mole sua ascendere queant & valvulæ limites
transgredi: quid dubitabimus in fumum resoluta inflationis
adminiculo subtilitate & levitate atomorum suorum facili-
us posse petere eandem viam & quidem minori negotio?
Huc usque igitur (ut ad propositum redeam) in praxi perve-
nere nostræ machinæ experimenta, cuius funiculi aut sumi-
ductus conficiendis rationem hactenus experiri haud potui,
cum datâ licet operâ neminem offendere coriarium in flo-
rentissimâ nostrâ urbe, qui canaliculum ejusmodi flexilē seu
fumiductū ex corio parare sciverit Anglicano similem, quam-
vis in superioribus Germaniæ locis parari audiverim tales,
quales ex Angliâ quondam accepi. Curabo itaque in poste-
rum aliunde adferri funiculos, donte in nostris locis parari
queant, quibus accommodari potest pyxis nostræ inventio-
nis, loco eboris ex solido ligno confienda & interius lamni-
na ferre a custodienda ne rumpatur: Inferiori parti cannula
in anum immittenda facili negotio adjungitur, transversim
tamen pro commodiori ingressu & liberiori fumi exitu. Ita-
que sine magno sumptu haberi poterit machina cunctis fere